

ad p̄dictā obseruationē cōcedimus p̄sentiū tenore auctoritate  
ap̄lica pt̄atem. Et vt oībus vobis bene vt speram⁹ / r̄ obediē  
ter mādāta exequētibus / p̄miū a nobis celeste nō desit vobis  
ipsis q̄ cap̄lo intereritis vt cōfessorē eligere possitis qui a com  
missis / r̄ ab excōicationū sentētīs alijsq̄ censuris r̄ penis etiā  
si talia forent p̄pter que sedes ap̄lica esset merito p̄sulēda vos  
semel tantū infra mensem postq̄ hec fuerint in cap̄lo p̄sentate  
iniūcta penitētia possit absoluere auctoritate p̄dicta cōcedim⁹  
facultatem. Datum Rome apud sanctū Petrū. Anno incar  
nationis dñice. M. cccc. xlvij. Pridie Idus July. Pontifica  
tus nostri Anno secundo.

Pontifex iste concessit reuocationē impetrationū amplissi  
marum scismaticorū de Monte syon in hyspania / Quā cōfir  
mat dñs Calistus papa. iij.

**P**riuilegiū dñi Calisti pape. iij. motu p̄  
prio sup amplissima reuocatione omnīū  
bullarū / gratiarū / expectatiuarum / cōmen  
darū / reseruationū / r̄ quarūcūq̄ nomi  
nationū. p̄rogatiuarū / antelationū / de  
clarationū / vnionū / r̄ exceptionū / etiā p̄  
resignationē seu iuris cessionē / aut alias  
quibuscūq̄ etiam cardinalibus seu offi  
cialibus curie concessarum / que super or  
dinem nostrū nullum locum habere pos  
sunt / put clarius r̄ breuius dicitur in tex  
tu q̄ aliter abbreviari possint.

**A**listus Epus seruus seruoz dei.  
Ad futurā rei memoriam.

Ad fructus vberes quos cisterciensī ordo in agro militantis ecclie plantat⁹ dextera domini velut arbor bona pduxit hactenus et pducit/ cōsiderationis nostre oculos extendentes aplici fauoris p̄sidiū sibi libēter impartimur/ ⁊ in his que solidationē status/ necnon perpetuā pacem ⁊ tranquillitatē eiusdem concernunt nos gratiosos ⁊ fauorabiles exhibemus. Cum itaq; sicut ad apostolatus nostri puenit auditū/ ordini cisterciensī prefato/ ac illius monasterijs/ personis/ atq; locis magna periculose desolationis dispendia imminere noscant⁹/ ex eo quia nōnulli pretextu quarundā litterarū apostolicarū etiam ad vacatura se extendentiū in dictis monasterijs/ atq; locis prefici ⁊ p̄esse presumunt. Nos ne per hoc nostre cōscientie serenitas remaneat in tranquilla/ taliū turbationū materias ab eodē ordine ppellere/ p̄missisq; scandalis ⁊ incōuenientijs quantū nobis ex alto pmittitur obuiare/ necnō circa hoc salubre remediū adhibere cupiem⁹/ motu pprio non ad alicuius nobis sup hoc oblate petitionis instantiā/ sed ex certa nostra scientia ⁊ apostolice sedis ptatis plenitudine/ statuim⁹/ nostreq; intētiōis fuisse ⁊ esse declaramus. Necnō horū serie concedim⁹ q; nulla p nos aut sedē aplicam/ seu nostra vel ipsi⁹/ aut alia quauis auctoritate/ in genere vel in specie/ sub q̄busuis formis aut verborū expressiōibus/ ⁊ cū quibuscūq; etiā indiuidualiū/ ⁊ aliarū derogatoriāz clausularū/ etiā taliū q; illis p queuis alia aplica/ litteras/ priuilegia/ ⁊ indulta ipsis etiā signanter specificē ⁊ expresse derogātia nime derogatū fuisse/ vel esse censeatur/ seu derogari non possit/ vim ⁊ effectū habentibus/ ceterisq; effectui p̄sentū p̄iudicialibus clausulis ac decretis irritantib⁹ quibusuis p̄sonis cuiuscūq; status/ gradus/ dignitatis/ ordinis/ vel cōditionis/ etiā si sancte Romani ecclie cardinales/ aut sedis aplici officiales/ seu ep̄i/ aut alteri⁹ ordinis abbates/ etiam motu ⁊ sciētia sibi⁹/ seu ad regū/ p̄ncipū/ vel platorū quorūlibz supplicatiōē/

vel aliquoz resignatoꝝ beneficioꝝ iuris cessionē vel recōpen-  
 sationis/aut alio quouis intuitu/ seu in earū fauorē cōcessa hac  
 tenus vel impostero cōcedenda/ expectatiue/ cōmende/ aut  
 alte queuis littere/facultates/ noiationes/ ⁊ mandata/ necnon  
 progiatiue/ antelationes/ declaratiōes/ exceptiones/ pūilegia/  
 ⁊ indulta/ ac facte ⁊ forsan faciende etiā de p̄mo vacaturis mo-  
 nasterijs/ p̄laturis/ dignitatib⁹ ⁊ locis dicti ordinis spāles re-  
 seruationes/ quozū omniū tenores/ ac si de verbo ad verbū in-  
 ferti forent p̄sentibus haberi volumus p̄ expressis/ ⁊ que suū  
 nondū sortita sunt effectū/ quozūq; vigore in ip̄is monasterijs  
 aut eozū aliquo nō est alicui ius quesitū/ ad monasteria/ p̄latur-  
 ras/ abbatiales/ ⁊ alias dicti ordinis dignitates/ ⁊ loca etiam  
 vtriusq; sexus ordinis hmōi aliqualiter se extendāt/ aut quō-  
 libet se extendere possint siue debeant/ nec monasterioꝝ ⁊ loco-  
 rum hmōi cōuentus/ religiose p̄sone/ aut vasalli/ etiā vtriusq;  
 sexus ad receptionē alicuius etiā auctoritate taliū litterarū et  
 p̄cessuū exinde habitoꝝ teneant/ nec p̄pterea interdicti/ suspē-  
 di/ vel excōicari possint/ cassantes ⁊ irritantes/ ac p̄ infectis et  
 nullis habentes illa oīa ⁊ singula talia/ expectatiuas/ gratias/  
 facultates/ litteras/ noiationes/ reseruationes/ noīandi/ refer-  
 uandi/ vniendi/ ac alia mandata ap̄lica suū effectū nondū sor-  
 tita/ ⁊ alia p̄ que effectus p̄sentīū quōlibet impediri posset vel  
 differri/ ac decernētes illis nullā in iudicio vel extra fidem ad-  
 hibendā fore/ nec cōuentus ⁊ p̄sonas eozū dē monasterioꝝ ad  
 receptionē eozūdem p̄textu litterarū ipsarū teneri/ necnō pro-  
 ut est irritū ⁊ inane si quid secus sup̄ his a quoquā qua vis au-  
 ctoritate sciēter vel ignoranter in posterū cōtigerit attempta-  
 ri. Nō obstantibus si in facultatib⁹ ⁊ litteris seu mandatis hu-  
 iusmodi tales apposite fuerint clausule/ scilicet aut si locoꝝ or-  
 dinarijs seu abbatib⁹/ abbatissis/ vel cōuentibus dicti ordinis  
 vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim ab eadē sede indul-  
 tum sit qđ ad receptionē vel p̄uisionē alicui⁹ minime teneant/  
 ⁊ ad id cōpelli/ aut qđ interdicti/ suspēdi/ vel excōicari non pos-  
 sint/ p̄ litteras ap̄licas nō facientes plenā ⁊ exp̄ssam ac de ver-  
 bo ad verbū de indulto hmōi mentionē. Per quā quidē clau-

fulā/aut cuiusuis alterius similis vel efficacioris clausule adiectionē vel appositionē decernim⁹ p̄sentibus nō fuisse sufficienter derogatū/ac cōstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ aplis/ priuilegijs quoq; ac statutis ⁊ cōsuetudinib⁹ ordinis ⁊ monasteriorū iuramento/ cōfirmatione aplica vel quacūq; firmitate alia roboratis/ ceterisq; cōtrarijs quibuscūq;. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostrorū statuti/ declarationis/ cōcessionis/ cassatōis/ ⁊ irritatiōis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationē omnipotentis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli ap̄torum eius se noverit incursturū. Datū Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice. M. cccc. lviij. iij. kl. M. d. l. Pōtificatus nostri Anno quarto.

**Eiusdem/ Reuocatio auctoritati s̄ visitādi ordinē concessē ep̄o Attrebatē.**

**Alisterus** Ep̄s seruus seruorum dei.  
Ad futurā rei memoriā.  
Romanū pontifex salutaribus operib⁹ libēter intendens ad nōnulla facultates ⁊ priuilegia plerisq; cōcedēda nōnunq; varijs suadentibus rationib⁹ inducit/ que demū si ex cōcessionibus ipsis p̄iudiciū aut scandalū/ seu indignationis fomētū aliquod exinde verissimiliter arbitret̄ emerfurū/ negociorū/ p̄sonarū/ locorum/ ⁊ tēporū qualitate pensata restringit/ reuocat/ ⁊ cōmutat/ pro ut in dño salubrius cōspicit expedire. Dudū siquidē certis tūc expressis rationabilib⁹ causis adducti venerabilē fratrem nostrū Johannē ep̄iscopum Attrebatē/ p̄ Lugdunē/ Bisuntinē/ Remeñ/ Tiennē/ Senonē/ Colonienē/ ⁊ Treuerē puincias principalū/ Cluniacē/ Listerciē/ Cartusienē/ ⁊ Premonstratē/ necnon quorūcūq; aliorū eorundē/ ⁊ quorūuis/ etiā sancti Benedicti/ ⁊ sancti Augustini canonicorū regulariū ordinum/

monasteriorum/domorum/et locorum/exemptorum/et non exemptorum/re-  
 formatorem/et visitatorem/visque ad nostrum et apostolice sedis beneplaci-  
 tum/auctoritate apostolica/motu proprio/et ex certa scientia constitutum/  
 et deputauimus/committentes et mandantes eidem ut ad ipsa princi-  
 palia/aliaque monasteria/domos/et loca/exempta/et non exempta in-  
 quibus id expedire conspiceret/personaliter se transferret/seu viros  
 timoratos destinaret/et vice nostra/ea in capite et in membris/  
 ac spiritualibus et temporalibus iuxta eorum regularia instituta/  
 et canonicas sanctiones/visitaret/reformaret/et corrigeret. Et  
 nihilominus visitationis huiusmodi officium exercendi/ac con-  
 tra earum personas cuiuscumque dignitatis existerent/etiam si abba-  
 tiali dignitate prefulgerent inquirendi/illosque corrigendi/pe-  
 nis debitis percellendi. Eos quoque qui abbates non essent pri-  
 uandi/ac dignitates/prioratus/et beneficia/quibus priuaren-  
 tur/alijs conferendi/Capitula generalia Cluniacense/et Cister-  
 cense ordinum/etiam si tempus ex statuto vel consuetudine non po-  
 stularent/congregari faciendi/antiqua statuta examinandi/corri-  
 gendi/et denuo edendi/omniaque premissa et alia circa hoc oportu-  
 na/gerendi/exercendi/faciendi/disponendi/et ordinandi/ac or-  
 dinata per eum sub censuris et penis inuocato ad hoc brachij  
 secularis auxilio exequendi/contradictores copescendi/et alia  
 tunc expressa faciendi/plenam et liberam per alias nostras litte-  
 ras concessimus facultatem/volentes quod si contra abbates ad in-  
 quisitionem descendens aliqua priuatione exigentia repperi-  
 ret/processus desuper habendos nobis destinare curaret/prout  
 in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque sicut fidedi-  
 gna plurius relatione didicimus in principali monasterio cistercense  
 generale capitulum abbatum et personarum dicti ordinis annuatim  
 celebrari consueuerit/in quo per diffinitores prouidi et discre-  
 ti visitatores et officiales idonei et necessarii deputantur/ad ei-  
 dem ordinis monasteria et loca visitanda per quos errores et  
 vitia corriguntur/et ad debite reformationis serie rediguntur  
 ac ordinem ipsum sub sincero felicitatis regimine/et vite mundi-  
 cia/inter ceteros ordines audiamus clarescere/pariter et vige-

re/ita vt eiusdem episcopi uisitatione non egeant de presenti. Nos eorum quieti et indemnitatibus consulere sat agentes/motu simili/non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantia/sed etiam ex certa scientia/beneplacitu ipsum/ac facultatem/et litteras predictas/ipsi episcopo concessas/quarum tenorem ac si de verbo ad verbum presentibus insertus esset haberi volumus pro expresso/cum omnibus in eis contentis clausulis/et habitis per eas processibus quo ad ordinem cisterciensium/illiusque monasteria personas/et loca dumtaxat/tenore presentium reuocamus/irritamus/rescindimus/et eneruamus/omnesque et singulas monitiones/lites/et causas pendentes/ac sententias censuras/et penas/pretextu litterarum earum contra aliquem seu aliquos ex eodem ordine cisterciensium latas/aut inflictas extinguimus/supprimimus/tollimus/cassamus/anullamus/et etiam reuocamus/decernentes ad ipsos cisterciensium non extendi/nec non irritum et inane si secus super his et contra eosdem cisterciensium/vel aliquem eorundem/ab ipso episcopo Attrebatensi/seu alio per eum deputato a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attemptum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari/districtius inhibentes eidem Johanni episcopo/et quibusuis per eum deputatis/ne contra ipsos cisterciensium aliquid earum pretextu presumant quomodolibet attemptare. Non obstantibus premissis/nec non omnibus illis que indicti episcopi litteris volumus non obstare/ceterisque contrariis quibuscunque. Per hoc autem non intendimus eiusdem episcopi facultatis litteris quo ad alia monasteria personas et loca aliorum ordinum in aliquo derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reuocationis/irritationis/rescisionis/eneruationis/extinctionis/suppressionis/cassationis/anullationis/inhibitionis/et constitutionis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit/indignatione omnipotentis dei/et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum/Anno

incarnationis office **D.** cccc. lviij. iij. kl. Aduj. Pontificatus  
nostri Anno quarto.

Hic ep̄s Attrebatē/suerat natus de Leponio in burgū dia  
Abis̄ postea monachus niger ⁊ abbas/cuius p̄sumptioni po  
tenti virtute per appellationem publicam ⁊ alia iuris remedia  
obuiauit abbas cisterciū/ ⁊ reuocationē istā impetrauit/ quam  
cōtra ipsum diligenter exequi mandauit/ cui⁹ virtute ordinis  
priuilegia ⁊ libertates in suo integro manserūt. Si simile vbi  
vbi attemptaret/hui⁹ virtute ⁊ exemplo ordinis persone se tu  
eri ⁊ defendere deberēt.

**Pr̄uilegiū dñi Nij. pape. ij.**

Generalis ⁊ amplissima confirmatio om  
nium priuilegiorum/ immunitatū/ liber  
tatum/ exemptionū/ conseruatoriarū/ gra  
tiarum/ omniū indultorū tam a sede apo  
stolica q̄ a regibus ⁊ quibuscunq; alijs  
ordini cōiunctim vel diuisim concessorū  
precipiēdo vniuersis prelatis ecclesie/  
ac vniuersis principibus/ ⁊ communita  
tum rectorib⁹/ sub pena excomunicatio  
nis quatenus abbates/ abbatissas/ con  
uentus/ ⁊ p̄sonas ordinis dictis priuile  
gijs/ immunitatibus/ libertatib⁹/ ⁊ seruator  
iis/ gratijs/ ⁊ indultis pacifice vti p̄mit  
tant omni appellatione postposita.